



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

LXX. De custodia sepulchri Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primùm, ferens mixturam myrrha, & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudais sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudaorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

CAPVT LXX.

De custodia sepulchri Domini.

FIGVRAE. I. Cùm audissent Philistijm Saronem intrasse urbem Gazam, ibiq; dormire, circumdederunt eum positus in porta ciuitatis custodibus. Iud. 16. 1. 2.

2. Satellites Saul custodiunt Dauidem in domo sua vt mane occidatur. 1. Reg. 19. 11.

3. Babylonij ad lacum Danielis aduoluunt lapidem. Dan. 6. 16. 17. Tunc rex precepit, & adduxerunt Daniele, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitq; rex Danieli: Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis vnus, & positus est super os lacu: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Daniele.

PROPHETIAE. Genes. 49. 9. Catulus leonis Iuda: ad pradam filii mi ascendisti: requiescens accubisti vt leo, & quasi leana, quis suscitabit eum? Psalm. 9. 16. 17. Exiitabo in salutaris tuo, infixae sunt gentes in insoritu, quem fecerunt. In laqueo isto

De s quem

quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Psal. 36. 7. Laqueum parauerunt pedibus meis & incurauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foveam: & incidit in eam. Psal. 63. 6. 7. 8. Subito sagittauerunt eu, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem suum. Narrauerunt ut absconderet laqueos: dixerunt, quis videbit eos? scrutati sunt iniquitates: defecit firmitates scrutinio, accedet homo ad cor alium, & exaltabitur Deus. Sagitta paruulorum facta sunt plaga eorum.

VERITAS. Matt. 27. 62. 63. 64. 65. 66. Altera autem die, quae est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisaei ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: Post tres dies resurgam. Inbe ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furetur eum, & dicant plebi: surrexit a mortuis: & erit nouissimus error peior priori. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, iste, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, mauerunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus.

CAPVT LXXI.

De descensu Christi ad limbum.

FIGURAE. I. Iacob descendere vult ad filium in infernum. Gen. 37. 35. Congregatis autem cunctis liberis eius ut lenirent dolorem patris, mouit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum.

2. Moyses educens populū Israëliticū ex terra Aegypti.